



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt in Ecclesia nihil aliud agatur, nisi ad quod facta est. lxxx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De eadem re. Cap. CXXVIII.

Ex concil. Aureliā. cap. 10. **A**uditum est aliquos presbyteros Missam celebrare & non communicare, quod omnino in canonibus apostolorum interdictum esse legitur. Vel quomodo hoc cere recte potest si non comunicauerit, Sumpsimus domine sacramenta &c.

De eadem re. Cap. LXXIX.

Ex eodē. cap. 11. **S**i quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex sacerdotali catalogo facta oblatione non communicauerit, aut causam dicat: & si rationabilis fuerit, veniam consequatur, aut si non dixerit, communicatione priuetur, tanquam qui populo causa læsionis extiterit.

Ut in Ecclesia nihil aliud agatur nisi id ad quod facta est. Cap. LXXX.

Ex dictis August. **I**n oratorio præter orandi & psallendi Deo cultum pernitius nihil agatur, ut nomini huic & opera iugiter impensa concordent.

De eadem re. Cap. LXXXI.

Ex dictis Benedic. li. **O**ratorium hoc sit quod dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur aut condatur, quam diuinis ministris conueniat.

De eadem re. Cap. LXXXII.

Ex cōcil. Laodicē. cap. 28. **Q**uod non oporteat in domiciliis diuinis, id est, in Ecclesiis agapen fieri, nec intra domum Dei comedere, vel accubitus sternere.

Ut nullus in Ecclesia conuiuetur. Cap. LXXXIII.

Ex concil. Cartha. cap. 28. **V**t nulli episcopi vel clerici in Ecclesia conuiuentur, nisi fortè transeuntes hospicij necessitate illic reciantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiuuiis, quantum fieri potest, prohibeantur.

Ut nullus in Ecclesia tabernaculum constituat. Caput LXXXIII.

Ex concil. Turonē. cap. 2. **P**erlatum est ad sanctam synodum, quod quidam presbyteri in Ecclesiis sibi commissis tabernaculum, quod nec